



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

25. Narratio de morte Socratis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

## Narratio de Caio Canio.

## CAPUT XXIV.

**C**anius, eques Romanus, nec infacetus, & sati litteratis, cum Syracusis, otandi causâ, non negotiandi, ut ipse dicere solebat se contulisset, dictabat se hortulos aliquos emere velle, quod inuitaret amicos, & ubi se oblectaret sine interpellatoribus posset. Quod cum percerebisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit, veniales quidem se hortos non habere, sed licere vti, Canio, si veller, ut suis. Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Cumque ille promisisset, tum Pythius, ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus, pescatores ad se conuocauit, & ab ijs petivit, ut ante suos hortulos postridie pescerentur, dixitque quid eos facere veller. Ad cœnam venit Canius, erat opipare a Pythio apparatum conuinium. Cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod eraperat, afferebat, & ante pedes Pythij pesces projiciebantur. Tum Canius: Quælo, inquit, quid esto Pythi? tantumne pescium? tantumne cymbarum? Et ille: quid mirum, inquit: hoc loco est, Syracusis quicquid est pescium: hic aquatio; hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio ut venderet, grauatur ille primò. Quid multa imperat. Emit homo cupiditas, & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos, nomina facit, negotiū conficit. Initiat Canius posteria die familiares suos, venit ipse mature, scalmum nullum videt, querit ex proximo vicino, num feria quædam pescatorum essent, quod eos nullus videret. Nullæ quod seiam, ille inquit, sed hic pescati nulli solent. Itaque mirabat heri quid accidisset. Stomachari cœpit Canius. Sed quid faceret, &c.

## Narratio de Morte Socratis.

## CAPUT XXV.

**H**æc ille locutus, surtexit, & contulit se in conclave quoddam ad lauacrum. Crito autem illum sequebatur, sed nos iussit expectare. Mansimus igitur differentes de ijs, quæ disputata fuerant, eaque considerabamus inter nos. Interdum & commemorabamus

calamitatem nostram, quanta nobis illa accideret; videbamurque planè non secus ac parente priuati, reliquam vitam in orbitate traducturi esse. Posteaquam vero ille lauisset, apportatiq[ue] esse ar ad eum liberis (habebat enim duos parvulos filios, & unum grandem) adescentq[ue] iam familiares mulieres, colloctus cum illis præsente Critone, & datis mandatis, quæ voluerat. iussit mulieres & pueros discedere, venitq[ue] ipse ad nos. Atque erat iam propinquus occasus solis, diutius enim inrus fuerat cœmoratus. Vbi autem aduenit, totas assedit, neque sanè multa posthac locutus est. Tum affuit minister undeceimuirorum, coramque illo assistens: Non accusab[et], o Socrates, inquit, eo quo alios nomine accusare soleo, qui rafcuntur mihi & malum imprecantur, cum denuncio illis haerendum esse venenum, coactus à magistratibus. Te vero cum toto hoc tempore cognoui constantissimum simul & mansuetissimum, & fortissimum virum omnium qui unquam hoc in loco fuere: tum satis scio, non irasci mihi, sed illis quos scis esse authores huius rei. Proinde nunc (cur enim assim, nosti) & vale, & operam da, ut quæ ferre necesse est, quam minimè iniquo feras animo. Interque hæc lachrymans se auertit ac discessit. At Socrates adspiciens ad illum: Eriam tu vale, inquit, & nos faciemus quæ mones. Et mox ad nos: Quam urbanus inquit hic homo est! Atque is toto hoc tempore me inuisere, & semper mecum colloqui, fuitque planè vir optimus. Quam vero constanter me nunc deplorat! Nos vero, Crito, parcamus illi, afferatque aliquis venenum, si iam est tritum. si minus, terat ille. Ibi Crito: At ego, inquit, o Socrates, solem adhuc in montibus esse, neque penitus occidisse arbitror. Quin etiam scio, accepto nunc quosdam valde sero bibere, atque post cœnam demum, & potum largiorē, ac coniunctionem eorum, quorum quisque maximo desiderio tenetur. Quare ne festines, adhuc enim facis temporis suppetit. At Socrates, Iure hæc, inquit, Crito, ab istis sunt, quæ commemorasti: lucrum enim inesse arbitrantur, egoque iure facturus non sum. Nihil enim lucri facturus videor, cum paulo tamen post biber, nisi ut ipse me ridiculum esse indicem ob vitæ cupiditatem, quique iam parcam illi deficienti. Ito igitur, & morem mihi gerere, caneque aliter facias. His auditis, Crito inuit propè astanti puerο, qui egressus, & plusculum

culsum temporis foris commoratus, rediit, ad ducens eum, qui oblatus venenum erat, quod apportabat in calice tritum. Eum conspicatus Socrates, age, inquit, vir opime, nam tu harum es peritus, quid nunc agendum est? Nihil aliud, inquit, quam potus ut obambules, donec grauari crura senseris, deinde accumbes, atque reliqua ipsum ager. Simulque porrexit illi calicem. Hic vero accepto illo, mihi Echecrates, minime turbatus, si neque trepidatione, immutato & colore & vultu, sed ut consueverat, torum obtuens ad illum: Quid nairas, inquit, de hoc poculo? Veterum alicui hinc libare quicquam licet, an non licet? Tantum, inquit, & Socrates, miscemus, quantum ad mediocrem haustum satis esse existimamus. Intelligo, inquit ille, Deos quidem certe precari licet, ut hæc hinc migratio illuc felix evenerit, id quod & precor & ego opto. Atque hæc locutus, paululumque morans, admodum expeditè sineque omni difficultate exhaustus. Nostrum quidem plerique ægre hastenus lachrymas continere potueramus. Vbi vero & bidentem vidimus, & exhaustum iam venenum esse, vinebamur plane, mihiq; ipsi adeo vi lachrymarum flumine quoddam erumperat. Itaque obnolutus deplorabam me ipsum; non enim illam sane, sed fortunam meam, qui tali amico priuatus essem. At Crito ante mecum lachrymas continere non posset, surrexerat. Sed Apollodorus dudum etiam lachrymari non cessauerat. Tum vero inter lachrymas fremens & indignans, nemini non fletum mouit, præter quidem Socratem, qui, Quid agitis, inquit, inepti? Ego enim certe, non minimam hanc habui causam, our mulieres ablegauerim, ne in hunc modum delinqueretur. Nam auditu fauendum esse linguis, mortis tempore. Proinde quiescite & perdurate. Quæ cù audiuissemus, pudore affecti repressimus lachrymas. Ille vero cum aliquantis per obambulasset, cumque iam diceret crura grauari, reclinavit se suspinus: id enim minister veneni iussiterat, si que attristans simul eum, paulo post inspiciebat pedes & crura. Deinde vehementius premens pedem, rogauit an sentiret; hinc pertenit ad tribias, atque ita ascendens, demonstrauit eum iam frigescere & rigescere. Iterumque attristans. Postquam, inquit, cor attigerit, tum interibit. Iamque adeo propemodum frigus supra inguinem euaserat, atque ille remotis vestibus, quibus fuerat obvolutus, quod qui-

dem postremum fuit locutus, Aesculapius, inquit, o Crito, gallum debemus: quem videte ut reddatis, arguere cautele ne hoc negligatur. Ita erit, inquit Crito. Sed nunquid aliud imperas? Hoc interrogant nihil magis ille respondit. Hic finis o Echecrates, fuit amici nostri, viri, ut dicere possum, eorum qui nobis noti fuere, omnium & fortissimi & sapientissimi, & iustissimi.

Sunt & aliae narrationes perelegantes, quales sunt de fraudibus Philænis apud Sallustium, & de Zopyro apud Liuium.

#### De Confutatione, & Confirmatione.

##### CAP V T XXVI.

**D**ictum est superius satis copiosè argumentis, nunc confutationis modum do- Confutationis quinque modi.

ceamus. Confutantur argumenta multis mo- dis, vel ipsius Aristotelis testimonio.

Primo, *ifodivisa*, hoc est, contemptu, quando contemnimus, & nihil facimus ad veriorum dicta: sic ferè totam Cœli accusationem Cicero voluit videri magis iras & iurgia diffidentium in amore, & amantium querimonias, quam vera crimina.

Secundo, *hypocrisi*, hoc est, actione, vultu, gestu, & vocis sonore: tale est illud:

*Cantando tu illum, aut unquam tibi fissula-  
cera  
luncta fuit?*

Tertio, *increditatione*, vbi crimen aliquod maxime alienum, vel ipsa iudicium opinionem, cum indignatione reicitur, ut, Dij te perdant fugitives, qui ista obiciuntur.

Quarto, *antilogie*, seu compensatione, cum assertimus rem, vel parem, vel maiorem: talis est disputatio pastorum apud Virgilium, vbi unus quidem mouet questionem:

*Dic quibus in terra, & eru mihi magnus Apol-  
pollo,  
Tres patet cœli spatiuum nos amplius ul-  
nas.*

Alter non dissoluit, sed noua questione aduersarium capere nititur.

*Dic quibus in terris, inscripti nomina regum,*

*Nascantur flore?*

Quinto, *apopaneosi*, hoc est, deductione, & fallacia, cum iudicem vel auditorem are nobis.